

armonum, & convocationes hominum armorum, sub pena contenta in alia constitutione super per Nos edita super illis, quam constitutionem in presenti prohibere per vos Senescallos & Ballivos omnibus Baronibus, Nobilibus & aliis subditis nostris Senescalliarum & Balliviarum ipsarum, vel earum visoribus, publicari precipimus, ne possint ignorantiam allegare. Datum Piffiaci, penultima die Decembris, anno Domini 1311.

(a) Mandement de Philippe IV, par lesquelles il enjoint au Sénéchal de BeaUCAIRE, de connoître en personne des Causes de la Sénéchaussée, qui lui sont attribuées.

PHILIPPE IV,
à Paris,
le 11 Août
1312.

PHILIPPUS, Dei gracia, Francorum Rex, Senescallo Bellicadri: Saltem. Intelleximus quod vos arduas & majores Causas vestra Senescallia, de quibus in persona propria cognoscere deberetis, & que via ordinaria coram vobis agitari debent, nonnullis Officialibus nostris & aliis interdum commissis, qui Causas ipsas debite proculantes, easdem partes deserviunt importunis laboribus & expensis; quare vobis Mandamus districtius injungentes, quatenus hujusmodi Causas ordinarias in persona propria diligenter audire curetis, nec eas alibi committatis, nisi nostri Procuratoris processerit voluntate; vos in hac parte taliter habituros, quod non possitis de contrario reprehendi. Datum Parisius, undecima Augusti, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo.

NOTE.

(a) La copie de ces Lettres nous a été envoyée de Montpellier, avec cette indication: Du N.º 18 de la septième continuation des titres du Royaume en général, fol. 15.

(b) Mandement de Philippe IV, par lequel il enjoint de laisser passer les monnoies prohibées apportées par les Étrangers qui venoient à Paris pour y étudier.

PHILIPPE IV,
à Pontoise,
le 23 Avril
1313.

PHILIPPUS, Dei gracia, Francorum Rex, universis Justitiariis ac portuum ac passagiorum custodibus Regni nostri ad capiendum & perforandum Monetas in Regno nostro prohibitas: Salutem. Scire vos volumus, Nos quibusvis Clericis tam de Angliæ quam aliis partibus & regionibus ad Studium Parisiense causa studendi ibidem venientibus undecumque, eis speciali gratia concessisse, quod ipsi, Ordinatione nostra non obstante, Monetas quascunque prohibitas aut non prohibitas, pro suis expensis in dicto studio necessariis faciendis, usque Parisius afferre valeant absque impedimento quocumque, dum tamen Monetas hujusmodi prohibitas non allocent: Mandamus vobis & vestrum cuilibet quatenus dictos Clericos aut eorum aliquem, contra concessionem nostram hujusmodi non impediatis quomodolibet, aut impediri ullatenus permittatis, non inferentes eisdem vel eorum alteri aut inferri permittentes injuriam vel gravamen, sed conducatis eosdem, vel conducti faciatis si potuerint suis sumptibus & expensis favorabiliter & benigne. Datum Pontifaræ, die 23 Aprilis anno Domini 1313.

NOTE.

(b) Recueil des Privilèges de l'Université de Paris. Paris, 1674, in-4.º page 79.

